



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia xi. Coloss. ij. Et vos cùm mortui essetis in delictis, conuiuificauit
cum illo &c. lxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Liberati de conditione tenebrarum, hoc est, eruti de inferno, in quo tenebamur a diabolo, tam ex proprio, quam ex Ade delicto, qui est pater omnium peccantium: translati sumus per fidem in Regnum caeleste filij Dei. Ut ostenderet nobis Deus, quo amore diligit nos: quando attollens nos de imo tartari, induxit in caelos cum vero filio suo. Iam enim omnes credentes qui fixa mente deuoti sunt, exentes de seculo, duce dextera Patris angelo, inducuntur in calum: quod ante denictam mortem concessum non erat.

CAPVT

LXVI.

Ambros. in Epist. ad Colof.

SENTENTIA XI. Colofs. 2.

Et vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

PARACLESIS.

CAPVT

LXVII.

Agust. lib. 13. de Trinit. cap. 12.

Idem lib. 4. cap. 13.

Ephes. 1.

Ramus venudati sub peccato: habebatque diabolus aduersus nos chirographum, maledictione diuinae Legis transgressoribus debitam, & sententiam aduersus primum hominem iustissime prolatam: in quo genus humanum vniuersaliter damnatum fuit: quia nemo mundus a sorde. Hoc chirographum, quod erat contrarium nobis, Christus sustulit de medio, affigens illud cruci. Morte sua quippe uno verissimo sacrificio pro nobis oblato, quicquid culparum erat, vnde nos principatus & potestates ad luenda supplicia iure detinebant, purgavit, aboleuit, extinxit. Hinc ad Ephesios idem Apostolus ait: Gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum dimitias gratia eius, quae superabundauit in nobis.

S

CONSO-